

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Vt Macarius Constantinum de pulchritudine conchae, iudices verò, quot
artificibus ac qua materia opus eßet, certiores faceret. Cap. XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

*Quod templum hoc ceteris orbis ecclesiis, muris columnis,
et marmore, antecellere voluerit.*

CAP. XXX.

PAr est igitur, ut tua prudentia ita opus disponat, & prouide res quaque accuret necessarias, quo non modo sanctuarium templi reliquis omnibus, quae vbiique sunt, pulchritudine antecellat, sed etiam ceterae eius partes tales sint, ut omnia templa, quae in singulis ciuitatibus primas tenent, huius ædificii dignitate longè supererentur. Ac de partibus erigendis, exquisitoque artificio perpoliendis, tum Draciliano amico nostro, qui nonnullas aliarum prouinciarum partes admiristrat, tum vestræ etiam prouinciae præfecto, scito cumram à nobis esse impositam. A nostra enim benignitate illis imperatum est, ut qui artifices, qui operarii, quae ue res aliæ fuerint ad illud ædificium necessariæ, à tua prudentia discant, ac statim ipsorum prouisione eo mittantur. Quod autem attinet ad columnas ceteras, uæ partes ex marmore conficiendas, quas ipse existimaueris vel ad decus illustriores, vel accommodatores ad diuturnitatem fore, cum eas quasi summatim tecum consideraueris, fac ad nos diligenter prescribas: ut cum ex literis tuis, quibus rebus opus fuerit, intellexerimus, vnde eadem illo comportari possint. Nam locus ille qui totius orbis terrarum facile primas fert, omnibus ornamentiis meritò illustrandus est.

Vt Macarius Constantinum de pulchritudine conchæ, iudicæ dices verò, quot artificibus ac qua materia opus effet, certiores facheret.

CAP. XXXI.

TEstitudinem vero sanctuarii, laqueatam ne facere, an alio quodam fabricæ genere extruere placeat, abs te certior fieri velim. Quod si fiat laqueata, scitè quoque inaurari poterit. Restat igitur, ut tua sanctitas illis, quorum iudicio, ut supra dictum est, rem permisimus, quibus operariis, quibus artificibus, quibus denique sumptibus opus fuerit

M m 4

fuerit

EVSEBII DE VITA.

fuerit, quām celerrime significet: quinetiam nos, non solum de columnis, aliisque partibus ex marmore confiendis, verumeriam de testudinis laquearibus (si modo illud fabricæ genus pulchritudinis esse censeas) quām primum facias certiores. Deus te, frater charissime, diu seruet in colummam.

*Quomodo extructa saluatoris ecclesia noua illa Hierusalem
fortasse fuerit, quam tot retro seculis Propheta-
tarum oracula prædixerant.*

CAP. XXXII

Ista ab imperatore perscripta fuerunt, rerumque, nulla interposita mora, prosperè succedit euentus. Atque ad illud salutare Christi monumentum, noua Hierusalem ædificata est, è regione veteris illius, quæ hominum sermone iam diu celebrata fuisset, quæque post cruentam cædem domini ad extremam vastitatem prolapsa, pro impietate ciuium eam incolentium pœnas deridit. Imperator itaque huic ex aduerso salutare victoriæ Christi contra mortem comparatæ monumentum (quæ fortasse est recens illa & noua Hierusalem prophetarum oraculis prædicata: de qua vaticinationes pluribus verbis explicatae, plurima spiritus sancti instinctu, canere videntur) liberali & abundante sumptus magnificientia erigendum extruendumque curauit.

Descriptio exornationis sanctissimi monumenti.

CAP. XXXIII.

ET primum omnium sacrum antrum, diuinum illud videlicet monumentum, ad quod olim angelus fulgore enitens delapsus, spem regenerationis, quæ est à seruatore nobis illic ostentata, omnibus annuntiavit, primum inquam omnium, imperatoris magnificencia istud, velut totius ædificii caput, eximiis columnis illustrare, & ornatu splendido maximoque decorare, atque adeo variis cuiusque generis insignibus illuminare cœperit.

Amplissimi